



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1650

§. 8. Crispi innocentis mors morte compensata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52346)

eo enim vel punit, vel finit puniri calumnia
caelestis vindex, vt doceat vitari.

§. VIII.

Crispi innocentis mors morte compensata.

Eutropi-
us lib. 6.
hist. c. 7.
Auentin.
lib. 2. An-
nal Boio-
rum,

Susannam senes primùm procando, de-
inde calumniando oppugnarunt: viri fami-
nam, senes iuuenem; & victi sunt. In con-
trarium & femina iuuenem aggressa est, at-
que malum, quod illi parauit, tulit, Cris-
spum Constantini Imp. ex Mineruina Filii
Fausta vxor Imperatoria deperiit, atque
amore impuro incensa, sapius de stupro in-
terpellauit. Cùm omnia tentasset, illaque
Putipharis vxorem, ille Iosephum strenu-
egisset, tam constans in renuendo, quàm il-
la impudens in prehensando; moecha spe-
sua frustrata; amoreque in odium verso, fu-
riosa mulier priuignum suum ad maritum
derulit, mentita, sibi vim inferre voluisse.
Non nouit feminam, quisquis feminae teme-
rè credit. Constantinus itaque & ipse mu-
liebris ingenij immemor, vxori fidem adhi-
buit, atq; in filium suum, sola accusatione,
nulla probatione reum, exarsit iracundiâ;
neque ad defensionem admisit. Quare in-
auditum Polæ in Histria interemit innocen-
tem. Vicisti, Fausta, triumphâ. jacet in se-
pulchro,

pulchro, qui noluit jacere in tuo toro. ſed non ſemper durauit tuus triumphus. Aliquot annis latuit innocentia, & fuit triumphata: verum tandem in lucem erupit, teque viciffim in triumphum duxit. Comperta enim falſiffimæ accuſationis cauſſa, ac ſcelere vxoris deprehenſo, Conſtantine non minus ſerò, quàm ſerò dolens de præcipitata ſententia, filioque in præmium caſtittatis interfecto, Fauſtam docuit nequaquam fauſta alite calumniam ſtruxiſſe. Nam eam in ardentem balneas coniectam caloribus extinxit, quæ caloribus peccauit. Quare calumnioſa Imperatrix lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam, quam fecit, ſeu in quam priuignum præmiſit, cuius innocentia calumniatricem poſt ſe traxit in ruinaſ.

Pſal. 79
16.

§. IX.

Hiltegardis calumnia facta, in calumniatorem reuſa.

Non omittam hîc inferere, quod Caſpar Bruſchius in Chronologia monaſteriorum Germaniæ, quin etiam Cruſius, Friſchlinus, Munſterus (quorum fidem tamen ſubleſtam facit, non ſine cauſſa, Raderus noſter) de ſanctiſſimi nominis femina memoriæ prodidit.

Caspar
Bruſchius
in Chrono-
nolog.
German.
pag. 27.
Matth.
Rader.